

V O T A

Nuptiis Auspicatissimis,

V I R I

AMPLISSIMI & EXCELLENTISS.

D. M. ERNESTI KÖNIG,

Gymn. Thor. RECTORIS Vigilantiss.

*Cum*

V I R G I N E

*Lectissima & singularibus sexus sui Virtutibus*

*Ornatissima*

B A R B A R A,

*Spektabilis & Prudentissimi VIRI*

D. GERHARDI THOMÆ,

Scabini Vet. Civ. Thor. olim digniss.

RELICTA FILIA,

*concepta*

*a*

Gymn. Thorun. Profess.

& Docentibus aliis.

1677. 7 26

T H O R U N I I,

Imprimebat Jobannes Cœpselius, Gymn. Typ.

Ad SPONSUM.

**D**um Tu, SPONSE, Scholas hujus regis ipse-  
met Urbis,  
Jure petis Sociam, quæ regat ipsa domum.  
Vis hominum fragilis duplex, triplexve, quod artus  
Postulat Herculeos, ferre recusat onus.  
Publica qui curant, privatis ritè præesse  
Vix poterunt: Isthæc negligit, hisce vacans.  
Sic pereunt, aliis cum lucent, Lumina; raro  
Pingvescunt, portant qui juga dura, boves.  
Hinc, quam propitio Tibi jungis Numine, Sponsa,  
Fida sit Adjutrix, Mater & alma Domûs;  
Curarum præstet nunquam non svave levamen;  
Munera quo tantò lætior expedias;  
Et verbo, Tecum duplicatis viribus Ipsa  
Adversa ac pariter prospera quæq, ferat;  
Sic invincibiles eritis; sic, crede loquenti,  
Nullo frangentur Pectora juncta malo.  
Dereliquo Pacem, jucundaq, Gaudia lecti.  
Et quæ vis semper fausta videte, precor.

*1 má, scr.*

J. N.

**W**Er in den Ehestand gedenklet einzutreten /  
Und zu verknüpfen sich mit dessen heiligen Band /  
Der fänget billich an zum höchsten Gott zu beten /  
Damit er reichen möcht ihm seine rechte Hand.  
Dofft wil ein Sterblicher auch etwas selbst erdencken /  
Betrachtet es bey sich / bleibt festiglich dabey:  
Dargegen pflaget bald des Lebens Herr zu lencken /  
Den Vorsatz / und erweist wie eitel dieser sey.

W

Wo aber Raht und That wie Diamanten glängen/  
 Und Gottes Auge selbst den theuren Schluß beschütze/  
 So zieret man das Werk mit Blumen und mit Kränzen  
 Ob gleich des Satans Neid auff allen Seiten bligt.  
 Des hat man auch an Ihm/ Herr Bräutigam/ ein Exempel/  
 Und seiner liebsten Braut/ dem schönen Tugend-Bild/  
 Wie sie denn warlich ist ein reicher Ehren-Tempel/  
 Die edle **S O M A S S I N**/ jetzt eures Hauses Schild.  
 Er hat Beehrter Freund hier in der That gepriesen  
 Den Allerhöchsten Gott/ gefolget/ dessen Raht/  
 Er hat es jedermann zur Gnüge nun erwiesen  
 Daß unzertrennlich sey/ was Gott beschlossen hat:  
 Der so Euch hat verknüpfft/ vertreibe Leid und Schmerzen/  
 Er gebe / was Ihr wünscht/ Er segn Euch aus der  
 Höh'  
 Erfülle mehr und mehr mit Lieb und Lust die Herzen/  
 Er knüpff und halte stets das Band in dieser Eh'.

**Simon Weiß / Prediger**  
 zu St. Marien.

**J** Am felix Hymenæus adest , lux candida fulget,  
 Quam toties cupidus , pavidâ sed mente , petisti  
 Aonii Dux Clare chori. Nunc pone quærelas,  
 Pone metus, & quæ nimium tua pectora torquent  
 Pone veneniferas, examina lurida, curas.  
 Ecquid eam tandem juvat exhorrescere lucem  
 Quâ tibi grata feret vidui solatia lecti  
 Ipse maritalis reparator & auctor amoris?  
 Jam propè Sol rapidum fessus remeabit in orbem  
 Cum tibi victuras occulto vulnere flammæ  
 Succendit Virgo, quæ nunc tibi sordere Nupta

Jun-

Jungitur æterno. Casti decor ille pudoris  
Virginei cœlo cognata modestia vultus,  
Ingentes probitatis opes, prudentia, candor,  
Veraq; in ingenti fulgens virtute venustas,  
Has in te jecere faces, & vulnere cordi  
Infixere tuo. Quare se flamma per artus  
Acriter extendens gratum sic fovit amorem,  
Posset ut una tuos in se defigere vultus  
Tuq; hanc optares thalamo tibi jungere Nuptam.  
Nec mora. Cœlestis vidisti signa favoris,  
Incendit tibi confixas fax dia medullas,  
Illius inque vicem ferventia viscera flammis  
Torreri sunt visa piis. Sed dira penates  
Fata tuos fuscis quæ turbavere tenebris,  
Nunc demum placata jubent accendere tædas  
Jam lætatur Hymen: gratos Lucina Penates  
Pervolitat. Comus plenis convivia mensis  
Instruit: effundit largè sua munera Bacchus,  
Accinit & festo vobis jam carmine Phœbus  
Qvis tristes igitur casus, quis fata revolvat?  
Promere grata jubet præsentis tempore verba  
Sanctus Hymen, qui nunc tandem tua vota precesq;  
Audit, atq; illam voluit clarescere lucem,  
Quæ tua speratos tetigerunt lintea portus  
Quantumvis tumidâ contra luctante-procelâ.  
Ergò. Sponse, diu duris exercite fatis,  
Divinæ bonitatis opes agnosce, manumq;  
Nunc tua divinam sacro pro more fatigent  
Oscula. Non etenim fixit tibi vulnere Numen,  
Illa Machaoniâ quin mox simul arte levaret.  
Et quid, Sponse, mali metuas à Numine sancto?  
Quid Patris à dextrâ Nato queat esse sinistri?  
Vulnerat ut sanet: sperataq; gaudia differt,  
Sed quæ majori tandem dulcedine pensat,  
Felix, divinæ cui cognita vulnere dextræ!

Vota ego do cœlo, votis damnare precantem

Me DEUS ipse velit: repetito prospera quævis  
 Conjugio donet: Compenset damna prioris  
 Conjugii majore bono: pia pectora sacro  
 Constringat nexu, tristis nec turbet Erynnis  
 Hunc vestrum, quem dextra fovet cælestis, amorem.  
 Vivite in invidiam fati: numerate dierum  
 Longam vestrorum seriem, serosq; Nepotes  
 Felici numerate toro; quo Fama per orbem  
 Perpetuos nomen vestrum diffundat in annos.

*Lubens meritò fecit*

M. CHRISTOPHORUS Hartknoch/  
 Gymn. Prof. & Visitor.



ΠΡΝΕΣΤΟΣ Βασιλεὺς, ὄγε Πρωτοδιδάσκαλ' ἡμῶν  
 Γυμνῶν, ἱμερόεις κινδάλυμός τε ἀνῆρ,  
 Νῦν γλυκὺν εἶπ' ἔων', Θεῶν ὑψιμέδοντα ἐπιμηΐ,  
 Νυμφίαν δαίτην σήμερον αὖτε ἄγων.  
 Παισποκράτωρ ὁ Ἄναξ, δὲς τίμια δῶρε βροτοῖσιν,  
 Ἐμπαλιν αὐτῷ γὰρ πῖσαν ἔδωκε χαρῶν,  
 Ἐξυγίητε μέλη ἴε σώματ' εὐφρονέοντ',  
 Ἀφρώσων κροθὶν ἐξυγίηεν ἅμα.  
 Σκυθρῶπὸν μέγαρον, πολυκώκυτόν τε ἱερίπεζον,  
 Καὶ μοναχίῳ κλίβω, ἀσπετ' ὄλεθ' ἔχεα.  
 Οὐδέμ' ἄγε Βασιλεὺς ἡμῶν Βασιλίᾳ καλήσῃ  
 Ἐυπχία μνησὲν, τῷ Βασιλίᾳ γυνή.  
 Τῷ Βασίλεισιν ἐσθλάζει ἐκκλησία, εὖγε, *Hodiernus dies Reginae*  
 Τήμερον. Ὅϊωνός ἴετο ἴσοιτο εὖς! *sacer in Calend.*  
 Τυμνασιόχῃ, ἄνερ Φαιερώτατε, Φαιδρὲ Πεισιῶς  
 Νυμφίε, ἱμετέρας χηρῶν ἐρεῖσμα χολῆς,  
 Παντὶ χερόνῳ λόγονας μισοβαρβάρων, ὃν τρέπον ἴδῃ,  
 Βαρβάρων ἀσπαθεῖς, ἔνν Φιλιβάρβατον ἔστι  
 Ὅϊδα γὰρ εὖ, ὅτι Θεοσβίος μάλα Παρθίν' αὐτῆς,  
 Καὶ ὅτι Βαρβάρων ὅσην βαρβαροῦσιν ἔσθ'.

Καὶ

Καὶ ἐπ' ἀπειθῶς ἄρετ' ἀγαπᾷζει ἰκείνη,  
Καὶ γλυκερὸν δῶσθ' ἀνδρὶ φίλημα ἱεῖ.  
Ἐυχομαι ἐν ὑμῶν περὶ πάντων πάντ' ἀεσσι,  
Εὐτυχίαν ζωῆς, εὐφροσύνην θαλάμῳ.  
Ζήσθε ἔρωσσι, βασιλεύσατε, καὶ ὁμόθυροι  
Τεκνογονεῖτε, ὁμῶς ἐστ' μακροχρόνιοι!

**P**rovida quod faciant in caelo Fata Cubile,  
Non Erebus non Styx impedisse valent.  
Consilio quovis divina potentia major,  
Mirando ductu terrea cuncta regit.  
Quid profut nocentve agris mortalibus, una  
Lumine de Superis omnituente videt.  
Fatales thalamos qui non intelligit, ipsum  
Tobias doceat Saraq̄, doctus erit.  
Hanc igitur gratā veneramur mente Pronexam,  
Fundimus ac Sponsis candida vota novis,  
Incolumes longum vivant, Paphioḡ, calentes  
Numine, Lucinam Vere nitente vocent.

*Sic ὁλοκαρδίως precatur*

Wenceslaus Johannides, P. P.



Elices Animæ! longævam Vivite Vitam,  
Mutuus ac inter vos sibi constet Amor!  
In multam primi Sobolem crevère Parentes,  
Crescere eos rerum jussit ut ipse Parens:!  
Exserit inde suam vim verbum Crescite semper,  
Hanc quoq̄ve vim vester sentiat, Opto, Torus!

*Breviori versu, quàm adfectu deprop.*

Michæel Bapzihn.  
Hæte-



*Hæc tunc extincta luxisti tristia fata*  
*Conjugis in viduo, Sponse colende, toro;*  
*At nunc deposito sumis nova gaudia luctu,*  
*Dum repetis casti fœdera sacra tori.*  
*Accipis à Jova præclaro stemmate Nympham,*  
*Quam vitæ probitas rara, pudorq; beat.*  
*Hæc tuis dabit amplexus & colla lacertis.*  
*Atq; reget gnarâ sedulitate domum:*  
*Hæc graves animi curas molesq; laborum*  
*Leniet officiis officiosa suis.*  
*Hanc ergò Sponsam redama, sic depluet altis*  
*Sedibus in vestros copia larga sinus.*

Gratul. adj.

Georgius Lehmannus, *Gymn. Coll.*

---

**I**psæ nec Alcides possit pugnare duobus  
 Quamvis prævaleat robore dura manu.  
 Nec Tu, Pieridum Præses Clarissime, possis,  
 Sint licet ingenii robora magna tui,  
 Et curare Domum, simul & curare Lyceum,  
 Consumet vires utraq; cura tuas.  
 Ergo Tibi Sociam merito nunc jungere gaudes,  
 Ut divisa minus Cor Tibi cura premat.  
 Hæc curante tuos Curâ solerte Penates,  
 Securè Musis invigilare potes.  
 Hæc curante Domum, Domus usq; beata virescat,  
 Te curante Scholam, floreat ipsa, precor.

Paulus Bramius.

*Sius*

**S**int, Consortia qui Tori jugalis  
 Quærentes, Sociam Tori requirunt,  
 Pulchra quæ placeat decore formæ,  
 Quantumvis vitii latentis intus  
 Mens sit Sordibus inquinata scædè:  
 Sint, Consortia qui Tori jugalis  
 Quærentes, Sociam Tori requirunt,  
 Quam Sortis Bona lautioris orneti  
 Mens quantumlibet ipsa prorsus omni  
 Virtutum sit inanis apparatus:  
 Tu, nostri Columen Decusq; Pindi,  
 Königi, meliore mentis ausu  
 Virtutem Tibi vendicas Maritam.  
 Virtutem sibi qui legit Maritam,  
 Quæ nec est sine dote, nec decore,  
 Nullo conspicitur Bono carere,  
 Cælo prospera cuncta largiente.  
 Et, quem pœnituit pium fuisse?

Frid. Crusius.

---

**G**audia densantur rursus, post funera nostra  
 Gymnadiis, ac Musis ridet apollo suis.  
 Jam sacra deposito renovat connubia lectu  
 Rex noster, Scholice firma columna domus,  
 Huic precor & Sponsa felicia pectore cuncta,  
 Concordes vigeant inuolumentisq; simul.

Gallus Fürst / Gniesna Hung.

